



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite Christiano

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Nonus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

cantem consequuntur, infamia, dispendium rei, egestas, contemptus
& odium bonorum, anxietas animi/inquietudo, & ille/multo mi-
serius/conscientie mentis cruciatus, quem etiam si nonnulli in praesens
sentiant non sentiunt, siue aetatis ebetudine obscurati, siue peccati
voluptate debriati, tamen sentient posterius, & omnino tanto
sentient infelicius, quanto saevius, Quare iuvenes potissimum
sunt admonendi, ut hanc esse peccati naturam, malint tot auctori-
tatem credere, quam infelici experientia in semetipsis discere, neque
prius vitam vicis contaminent, quam plane quid sit vita cognos-
uerint. Si tibi vilis est Christus, cui tu tanti constas, saltem tua
ipsius causa temperato a turpibus. Et quaeque vehementer peri-
culosum est, hoc in statu, velut in trivio (quod autem) diutius com-
morari, tamen istis qui nondum queunt ad heroicam assurgere vir-
tutem, non paulo prestabilis est in politica virtute consistere,
quam in omni turpitudinis genere ire praecipites. Non hic est felicitatis
meta, sed hinc propior ad felicitatem gradus. Interim tamen
semper orandus deus, ut nos ad meliora dignetur arripere.

¶ Canon Octavus.

Si crebrius ac gravius ingruet in te tentationum procella, ne pro-
tinus tibi incipias displicere, quasi ob id deo tuo vel curae/vel
cordi non sis, aut parum pius aut etiam minus perfectus. Imo potius
gratias age, quod ut futurum heredem erudit, ut charissimum filium
flagellat, ut amicum explorat. Maximum est argumentum hominem
a divina misericordia reiectum esse, quum nullis tentationibus in-
cessit. In mentem tibi veniat Paulus apostolus qui ad tertium caeli mys-
teria permeruit admitti, tamen ab angelo Satanae colaphizatus.
Succurrat amicus dei Iob, succurrat Hieronymus, Benedictus,
Franciscus, cumque his innumerabiles alij patres, maximis de vi-
cis sollicitati. Si cum tantis viris, si cum tam multis tibi commune
est quod pateris, quod est, quare animum deicias? Magis enitere
ut cum illis vincas. Non destituet te deus, & faciet etiam cum tenta-
tione proventum, ut possis sustinere.

¶ Canon Nonus.

Quod callidi solent imperatores facere, ut in tranquillis
etiam rebus/tamen excubias agant, itidem tu quoque semper

Prosper) etiam
rebus cavendum.

Tentatio frequens
qualiter sustinenda sit.

Heb 12

2 co. 12

1 co. 10,

animū vigilantē, ac circūspectum ad futurū hostis assultū habeas. Nūq̄ em̄ ille nō circuit, quarens quē de foret. Quo paratior esse queas, vt irruētē statim fortiter retūdas/exlibilesq̄, statim pestiferi serpētis caput cōteras. Nūq̄ em̄ ille vincit, vel facilius/vel p̄fectius, Proinde cōsultissimū est, paruulos Baby lonis, illico vt nati sunt, ad petram quæ Christus est/allidere, priusq̄ grandescant. 1. Pet. 5
P̄. 136

¶ Canon Decimus.

**Tentator quā
liter repellatur.**

Repellit autē maxime tentator his modis, si vel vehementer auerſeris animo, statimq̄ in suggerentē velut expuras, aut ardentē ores, aut ad sanctam aliquā occupationē toto pectore conferas, aut si verbis e sacris literis petitis tentatori respondeas, quēadmodū supra admonuimus. Qua quidē in re non mediocriter p̄fuerit aduersus omne tentationis genus certas quasdam sententias habere paratas, eas maxime, quibus aliquñ senseris animū tuum vehementer cōmoueri.

¶ Canon Vndecimus.

**Victoria parta
maius periculū
Imminet.**

Pios homines duplex potissimū habet periculū, alterum ne in tentatiōe succūbant, alterū ne post victoriā in cōsolatione & gaudio spiritali insolescāt. Vt igit̄ tutus sis/nō solum a timore nocturno, verū etiā daemōnio meridiano, facito, vt quū hostis te ad turpia sollicitat, nō tuā ipsius respicias imbecillitatem, sed tantū memineris te in Christo oīa posse, qui non ap̄lis modo, sed & tibi, sed omnibus suis mēbris etiā infimis dixit, cōfidite, quia ego vici mundū. Rursum quū vel post separatū instigatorē, vel in pio quopiā ope/senseris mentē tuam/intus arcana quadā voluptate p̄fundi, tum etiā atq̄ etiā caueas, ne qd inde tuis meritis arroges, sed totum gratuitæ beneficētiæ dei feras acceptum. Tec̄ ipsum protinus verbis Pauli reprimas. Quid habes, qd nō accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Itaq̄ aduersus duplex hoc malū/duplex erit remediū, si & in cōflictu, tuæ virtuti diffusus, ad Christū caput tuū cōfugias, atq̄ in eius huius beniuolentiā spem oēm vincendi ponas, & in cōsolatione spiritali, statim gratias agas illi de suo beneficio, tuam indignitatē humiliter agnoscens. P̄. 90
Ioan 16
1. corin. 4

main [unclear]
obsequio [unclear]

